ra mortis suscipe.

Gloria tibi domine qui natus
es de uirgine cum patre et sco
spiritu in sempiterna secula a.

V Benedicta tu in mulieribus et be
nedictus fructus uentris tui. Antiph

Sca dei genitrix. Psalmus

Benedictus dominus deus
israel quia uisitauit et fecit redemp
tionem plebi sue.

Et erexit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophetarum
eius.

Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui oderunt

nos

Ad faciendam miam cum pa
tribus nostris nostris et memo
rari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit
ad abraham patrem nostrum
daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimi
corum nostrorum liberati seruia
mus illi.
In sanctitate et iusticia cora
ipso omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi
uocaberis preibis enim an faciē
domini parare uias eius.
Ad dandam scienciam salu
tis plebi eius in remissionem

peccatorum

peccatorum.
Per viscera misericordie dei nrī
in quibus visitavit nos oriens
ex alto.
Illuminare hiis qui in tenebris
et in umbra mortis sedent ad diri
gendos pedes nostros in viam
pacis. A'. Beata dei genitrix virgo
maria perpetua templum domini
sacrarium spūs scī sola sine exemplo.
placuisti regina domino nostro ihesu
xpristo ora pro populo interveni pro cle
ro intercede pro devoto femineo sexu
alla. Kyrieleyson. Xpē. Kyriel.
Dn̄e exaudi. Et clamor. Oremus.
Deus qui de beate marie vir
ginis utero verbum tuum

angelo nunciante carnem
suscipere voluisti presta sup
plicibus tuis ut qui vere eam
dei genitricem credimus eius apud
te intercessionibus adiuvemur
per eundem. Pro omnibus sanctis ant.
Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute. V. Leta
mini in domino et exultate iusti R. Et
gloriamini omnes recti corde. Oremus.
Protege domine populum
tuum et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum aposto
lorum patrocinio confidentem per
petua deffensione conserva.
Omnes sancti tui quesumus domine
nos ubique letificent ut dum

corum merita recolimus patroci
nia senciamus Et pacem tuam
nostris concede temporibus et
ab ecclesia tuam repelle nequi
ciam Iter actus et voluntates
nostras et omnium famulorum
tuorum famularum que tuarum
in salutis tue prosperitate dispone
benefactoribus nostris sempiter
na bona retribue et omnibus fide
libus dei deffunctis requiem eternam
concede Per dnm. Ad primam.

Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuvan
dum me festina.
Gloria patri et filio etc.

Memento salutis auctor quod
nostri quondam corporis ex illiba
ta virgine nascendo formam sump
seris.
Maria mater gratie mater mie
tu nos ab hoste protege et hora
mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula amen. A
Assumpta est. Psalmus
Deus in nomine tuo sal
uum me fac et in virtute tua iu
dica me
Deus exaudi orationem meam
auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt

aduersum me et fortes quesierunt
animam meam et non proposuerunt
deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me
et dominus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis
et in ueritate tua disperde illos.
Uoluntarie sacrificabo tibi et
confitebor nomini tuo domine
quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatio
ne eripuisti me et super inimicos
meos despexit oculus meus.
Gloria patri et filio.
Benedixisti domine terram
tuam auertisti captiuita
tem iacob.

Remisisti iniquitatem ple
bis tue operuisti omnia peccata
eorum.
Mitigasti omnem iram tuam
auertisti ab ira indignationis
tue.
Conuerte nos deus salutaris
noster et auerte iram tuam
a nobis.
Numquid in eternum irasce
ris nobis aut extendes iram tu
am a generatione in generationem
Deus tu conuersus uiuifica
bis nos et plebs tua letabitur
in te.
Ostende nobis domine misericordiam
tuam et salutare tuum da nob

Audiam quid loquatur ĩ me
dominus deus quoniam loque
tur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos et in
eos qui convertuntur ad cor.
Verumtamen prope timentes
eum salutare ipsius ut inhabi
tet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obvia
verunt sibi iusticia et pax oscula
te sunt.
Veritas de terra orta est et iu
sticia de celo prospexit.
Etenĩ dominus dabit benigni
tatem et terra nostra dabit fruc
tum suum.
Iusticia antẽ eũ ambulabit

et ponet in uia gressus suos.
Gloria patri et filio.
Laudate dominum omnes
gentes laudate eum om̄s
populi.
Quoniam confirmata est sr̄
nos mīa eius et ueritas domi
ni manet in eternum.
Gloria patri. Aª. Assumpta est m̄
in celum. Quere i laudibꝫ capl̄m.
Que est ista que progredi
tur quasi aurora consur
gens pulcra ut luna electa ut
sol terribilis ut castrorum acie̅
ordinata. Deo grãs. ℣ Digna
re me laudare te uirgo sacrata. Da michi
uirtutem contra hostes tuos. Dn̄e exau.

Deus qui uirginalem beate
marie in qua habitares
eligere dignatus es da quesumus
ut sua nos defensione munitos
iocundos faciat sue interesse com
memorationi. Per. **Pro omnibus
sanctis an.** Sancti dei omnes intercedere
dignemini pro nostra omnium que salu
te. ℣ Letamini in domino. Et gloriamini.
Exaudi nos deus salutaris
noster et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum apostolorum
nos tuere presidiis quorum
donasti fideles esse doctrinis. Oremus.
Et sancti etc. **Ad terciam.**
Deus in adiutorium
meum intende.

Domine ad adiuuandũ. Gl'a p.
Memento salutis. Aᷓ. Virgo
Ad dominum cum tribularer
clamaui et exaudiuit me
Domine libera animam meã
a labijs iniquis et a lingua dolosa
Quid detur tibi aut quid appo
natur tibi ad linguam dolosã.
Sagitte potentis acute cum car
bonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus me⁹
prolongatus est habitaui cum
habitantibus cedar multũ in co
la fuit anima mea.
Cum hiis qui oderunt pacem
eram pacificus cum loquebar il
lis impugnabant me gratis.

Leuaui oculos meos in
montes unde ueniet auxi
lium michi.
Auxilium meum a domino q̃
fecit celum et terram.
Non det in commotionem pe
dem tuum neq; dormitet qui cu
stodit te.
Ecce non dormitabit neq; dor
miet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
protectio tua super manum dexte
ram tuam.
Per diem sol non uret te neq;
luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni
malo custodiat animã tuã dñs.

Dominus custodiat introitum
tuum et exitum tuum ex hoc nunc
et usque in seculum.
Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi in domum
domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in
atriis tuis iherusalem.
Iherusalem que edificatur ut
civitas cuius participatio eius in
id ipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus
tribus domini testimonium israel
ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iu-
dicio sedes super domum david.
Rogate que ad pacem sunt

iherusalem et habundantia diligē-
tibus te.
Fiat pax in virtute tua et habū-
dancia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proxi-
mos meos loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri
quesivi bona tibi.
Gloria patri et filio. Ant. Maria
virgo assumpta est ad ethereū thalamū in
quo rex regum stellato sedet solio. Capitulum
Et sic in syon firmata sum et
in civitate sanctificata simi-
liter requievi et in iherusalem pote-
stas mea. Deo gratias. ℣ Diffusa
est gratia in labiis tuis. ℟ Propterea
benedixit te deus in eternum. Oremus.

Deus qui salutis eterne beate
Marie virginitate fecunda
humano generi premia prestitisti
tribue quesumus ut ipsam pro no
bis intercedere senciamus per quem
meruimus auctorem vite suscipere
dominum nostrum. R' Sancti dei
omnes. V. Letami. Oro Protege dne.
Omnes sancti. etc. Ad meridiem
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiu
vandum me festina.
Memento salutis aur &. R' In adore.
Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis.
Ecce sicut oculi servorum i manu

bus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus
domine sue ita oculi nostri ad dn̄m
deum nostrum donec misereatur
nostri.
Miserere nostri domine miserere
nostri quia multum repleti su
mus despectione.
Quia multum repleta est aīa
nostra ob probrium habundanti
bus et despectio superbis. Psalmus
Nisi quia dominus erat in no
bis dicat nunc israel nisi
quia dominus erat in nobis
Cum exurgerent homines in
nos forte uiuos deglutissent nos
Cum irasceretur furor eorum

in nos forte vivos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum
in nos forsitan aqua absorbuis
set nos.
Torrentem pertransivit anima
nostra forsitan pertransisset
anima nostra aquam intolle
rabilem.
Benedictus dominus qui non
dedit nos in captionem dentibus
eorum.
Anima nostra sicut passer erep
ta est de laqueo venancium
Laqueus contritus est et nos
liberati sumus.
Adiutorium nostrum in no
mine domini qui fecit celum et

terram. Psalmus dauid.
Qui confidunt in domino sic
ut mons syon non commoue
bitur in eternum qui habitat in
ierusalem.
Montes in circuitu eius et domi
nus in circuitu populi sui ex hoc
nunc et usque in seculum.
Quia non relinquet dominus
uirgam peccatorum super sortem
iustorum ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis et rectis
corde.
Declinantes autem in obligatio
nes adducet dominus cum opera
tibus iniquitatem pax super israel.

Ant. In odorem unguentorum tuorũ
currimus adolescentule dilexerunt te
nimis. Capitulum
Et radicavi in populo ho
norificato et in partes dei mei he
reditas illius et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Deo grã.
Ant. Benedicta tu in mulieribus et be
nedictus fructus ventris tui. Kyriel.
Xpẽl. Kyriel. Dñe exaudi. Et clamor.
Concede misericors deus
fragilitati nostre presi
dium ut qui sancte dei genitri
cis et virginis marie memoriã
agimus intercessionis eius au
xilio a nostris iniquitatibus re
surgamus. P. Sancti dei omnes

Letamini in domino. Oremus.
Exaudi nos deus. Oms sci. et s.

Ad nonam.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio.
In conuertendo dominus captiuitatem syon facti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultacione.
Tunc dicent inter gentes magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere

nobiscum facti sumus letantes
Converte domine captivita
tem nostram sicut torrens in au
stro.
Qui seminant in lacrimis in
exultatione metent.
Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua.
Venientes autem venient cum
exultatione portantes mani
pulos suos. Psalmus.
Nisi dominus edificaverit
domum in vanum labo
raverunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit civi
tatem frustra vigilat qui custo
dit eam.

Vanum est nobis ante lucem sur
gere surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris
Cum dederit dilectis suis somp
num ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis
ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit deside
rium suum ex ipsis non confundetur
cum loquetur inimicis suis in porta.
Beati omnes qui timent
dominum qui ambulant
in viis eius
Labores manuum tuarum
quia manducabis beatus es et
bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis habundans
in lateribus domus tue.
Filii tui sicut novelle olivarum
in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui ti
met dominum.
Benedicat tibi dominus ex syon
et videas bona ierusalem omnibus
diebus vite tue.
Et videas filios filiorum tuorum
pacem super israel.
Gloria patri. Ant. Pulchra est et
decora filia ierusalem terribilis ut castrorum
acies ordinata. Capitulum
In plateis sicut cynamomum
et balsamum aromatizans odorem
dedi quasi mirra electa dedi suavitatem

tatem adduis Deo gratias.
Post ptum uirgo inuiolata pmansisti.
Dei genitrix intercede pro nobis. Dne ex.
Famulorum tuorum que
sumus domine delictis ig
nosce et qui tibi placere de actibz
nostris non ualemus genitricis
filij tui domini dei nostri inter
cessione saluemur. Per eundem.
De omnibz sanctis. Aũ. Sci dei oms. V.
Letamini. Oremus. Oratio.
Protege quesumus omps deus
ut nullis nos pmittas p
turbationibus concuti quos in
apostolice confessionis petra soli
dasti. Omnes sancti + cet. ut s.
In matutinis ad uesperas.

Deus in adiuto
rium meum intende
Domine ad ad
iuvandum me
festina.
Gloria patri. A. Dum esset rex.
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis
Donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue emittet
dominus ex syon dominare in medio
inimicorum tuorum.
Tecum principium in die vir
tutis tue in splendoribus sanctorum
ex utero ante luciferum genui te.
Iuravit dominus et non pe

nitebit eum tu es sacerdos in eter-
num secundum ordinem melchi-
sedech.
Dominus a dextris tuis confre-
git in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus i-
plebit ruinas conquassabit ca-
pita in terra multorum
De torrente in via bibit pro-
pterea exaltabit caput
Gloria patri. Ant. Dum esset rex
in accubitu suo nardus mea. dedit sua-
vitatem odorem suum. Ant. Leva eius.
Laudate pueri dominum
laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum lau-
dabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes
dominus et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster
qui in altis habitat et humilia re-
spicit in celo et in terra.
Suscitans de terra inopem et de
stercore erigens pauperem.
Et collocet eum cum principibus
cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in
domo matrem filiorum letantem.
Ant. Leua eius sub capite meo et dextra
illius amplexabitur me. Ant. Nigra sum.
Letatus sum in his que dic-
ta sunt michi in domum

domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atriis
tuis ierusalem.
Ierusalem que edificatur ut ci
uitas cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus
tribus domini testimonium israel
ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudi
cio sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt ierusalem
et habundancia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua et ha
bundancia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proxi
mos meos loquebar pacem de te
Propter domum domini dei nostri

quesiui bona tibi.
Gloria patri. A. Nigra sum sed formosa filie ihrusalem ideo dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum.
Ant. Iam hyemps. Ps. dd.
Nisi dominus edificauerit domum in vanum laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis sompnum ecce hereditas domini filii merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu poten
tis ita filij excussorum.
Beatus vir qui implevit de
siderium suum ex ipsis non con
fundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.
Gloria patri. Ant. Iam hyemps
transiit ymber abiit et recessit surge
amica mea et veni. Ps. Speciosa facta.
Lauda ihrlm dominum lau
da deum tuum syon.
Quoniam confortavit seras
portarum tuarum benedixit fi
lijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem
et adipe frumenti saciat te.
Qui emittit eloquium suum

terre velociter currit sermo eius.
Qui dat nivem sicut lanam ne
bulam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suam sicut
buccellas ante faciem frigoris eius
quos sustinebit.
Emittet verbum suum et lique
faciet ea flabit spiritus eius et flu
ent aque.
Qui annunciat verbum suum
iacob iusticias et iudicia israel.
Non fecit taliter omni nationi
et iudicia sua non manifesta
vit eis.
Gloria patri. Speciosa facta
es et suavis in deliciis tuis sancta
dei genitrix Capitulum.

Ab inicio et ante secula crea
ta sum et usqꝫ ad futurū
seculum non desinam: et in habi
tatione sancta coram ipso mini
stravi. Deo gratias.

Ave maris stella dei mater
alma atqꝫ semper virgo fe
lix celi porta.

Sumens illud ave gabrielis
ore funda nos in pace mutans
nomen eve.

Solve vincla reis profer lumē
cecis mala nostra pelle bona cuncta
posce.

Monstra te esse matrem sumat
per te preces qui pro nobis natus
tulit esse tuus.

Virgo singularis inter omnes
mitis nos culpis solutos mi
tes fac et castos.
Vitam presta puram iter pa
ra tutum ut videntes ihesum sem
per collectemur.
Sit laus deo patri summo xpo
decus spiritui sancto tribus ho
nor unus amen. V. Diffusa est
gratia in labiis tuis. R. Propterea
benedixit te deus in eternum. Aña
Magnificat anima mea
dominum.
Et exultavit spiritus meus
in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem
ancille sue ecce enim ex hoc beatam

me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui
potens est et sanctum nomen eius
Et misericordia eius a proge-
nie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio
suo dispersit superbos mente cordis
sui.
Deposuit potentes de sede et exal-
tavit humiles.
Esurientes implevit bonis et di-
vites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum
recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres no-
stros abraham et semini eius in
secula.

Gloria patri. Añ. Beata mater
et innupta virgo gloriosa regina mundi
intercede pro nobis ad dominum. ℣ Kyriel
xpē. ℟ Kyriel. Dñe exaudi. Oremus.
Concede nos famulos tuos
quesumus domine deus p
petua mentis et corporis salute
gaudere et gloriosa beate marie
semper virginis intercessione
a presenti liberari tristicia et eter
na perfrui leticia. Per xpm. Añ.
Sancti dei omnes. + C ut s. i matutis
Converte nos deus
salutaris noster.
Et averte iram
tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum.

Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea dicat nunc
israel.
Sepe expugnauerunt me a iu
uentute mea et enim non potuerunt
michi.
Supra dorsum meum fabrica
uerunt peccatores prolongauerunt
iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruu
ces peccatorum confundantur et
conuertantur retrorsum omnes qui
oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum
quod priusquam euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum
suam qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui preteribant
benedictio domini super vos benedi
ximus vobis in nomine domini.
Gloria patri et filio. Psalmus
De profundis clamaui ad te
domine domine exaudi vocem
meam.
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris do
mine domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciacio est
et propter legem tuam sustinui
te domine.
Sustinuit anima mea in uer
bo eius sperauit aīa mea in dnō.
A custodia matutina usqz ad

noctem speret israel in domino.
Quia apud dominum mīa et
copiosa apud eum redemptio
Et ipse redimet israel ex omī
bus iniquitatibus eius.
Domine non est exaltatū
cor meum neqꝫ elati sūt
oculi mei.
Neqꝫ ambulaui in magnis
neqꝫ in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam
sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatum est super
matre sua ita retribucio in ani
ma mea.
Speret israel in domino ex hoc
nunc et usqꝫ in seculum.

Gloria patri et filio. Hymnus.
Memento salutis. Capitulũ
Ego mater dilectionis et ti-
moris et magnitudinis et sc̃e
spei. Deo gratias. Ora pro nobis
sc̃a dei genitrix. Ut digni efficiamur
promissionibus xpristi. A' Sub tuũ.
Nunc dimittis servum tuũ
domine secundum verbũ
tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei salu-
tare tuum.
Quod parasti ante faciem
omnium populorum.
Lumen ad revelationem
gentium et gloriam plebis
tue israel.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.
A Sub tuum presidium confugimus sancta dei genitrix nostras preces ne despicias et in neccessitatibus nostris et a periculis cunctis libera nos virgo benedicta. Kyrieleison. Christe eleison. Kyrieleison. Domine exaudi.
Beate et gloriose semper que virginis dei genitricis marie quesumus domine intercessio gloriosa nos protegat et ad vitam perducat eternam. Benedicamus
Sancti dei omnes etc. ut ad primam de
inde sequitur. Anthiphana.
Salve regina misericordie vita dulcedo et spes nostra salve ad te clamamus exules filii eve ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle

eya ergo aduocata nostra illos tuos
misericordes oculos ad nos conuerte
et ihesum benedictum fructum uen
tris tui nobis post hoc exiliu ostende
o clemens o pia o dulcis maria.
V. Aue maria. Or. Concede nos famu
los tuos. Quere in vesperis. Feria ter
cia et feria sexta dicitur hic psalmus.
Ant. Specie tua. Psalmus.
Eructauit cor meum verbu
bonum dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe
velociter scribentis.
Speciosus forma pre filiis ho
minum diffusa est gratia in la
biis tuis propterea benedixit te
deus in eternum.

Accingere gladio tuo super
femur tuum potentissime.
Spẽ tua et pulcritudine tua
intende prospere procede et regna
Propter veritatem et man
suetudinem et iusticiam et de
ducet te mirabiliter dextera tua
Sagitte tue acute populi sub
te cadent ĩ corda inimicorũ regis.
Sedes tua deus in seculum
seculi virga directionis et vir
ga regni tui
Dilexisti iusticiam et odisti
iniquitatem propterea unxit
te deus deus tuus oleo leticie p̃
consortibus tuis.
Mirra et gutta et casia aue

stimentis a domibus eburneis ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.

Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post
eam proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exulta
tione adducentur in templum.
Pro patribus tuis nati sunt
tibi filii constitues eos principes
super omnem terram.
Memores erunt nominis tui
domine in omni generatione
et generationem.
Propterea populi confitebun
tur tibi in eternum et in seculum
seculi.
Gloria patri et filio. A. Specie
tua et pulcritudine tua intende pro
spere procede et regna. Anti. Adiuua
bit eam deus etc. Psalmus dauid.

Deus noster refugium et
uirtus adiutor in tribula
tionibus que inuenerunt nos
nimis.
Propterea non timebimus
dum turbabitur terra et tranſ
ferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate ſunt
aque eorum conturbati ſunt mō
tes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciui
tatem dei ſanctificauit taberna
culum ſuum altiſſimus.
Deus in medio eius non cō
mouebitur adiuuabit eam deus
mane diluculo.
Conturbate ſunt gentes et

inclinata sunt regna dedit uocem
suam mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscum
susceptor noster deus iacob.
Venite et uidete opera domini que
posuit prodigia super terram aufe
rens bella usqz ad finem terre.
Arcum conteret et confringet
arma et scuta cobur et igni.
Vacate et uidete quoniam ego
sum deus et exaltabor in gẽtibus
et exaltabor in terra.
Dominus uirtutum nobiscum
susceptor noster deus iacob.
Gloria patri et c. A' Adiuuabit
eam deus uultu suo. deus in medio eius
non commouebitur. A' Sicut letanciũ

Fundamenta eius in monti-
bus sanctis diligit dominus
portas syon super omnia taber-
nacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas
dei.
Memor ero raab et babilonis
scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et po-
pulus ethiopum hii fuerunt illic
Numquid syon dicet homo et
homo natus est in ea et ipse fun-
dauit eam altissimus
Dominus narrabit in scriptu-
ris populorum et principum ho-
rum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium

habitacio est in te.
Gloria patri et filio + spiritui sancto.
R' Sicut letancium omnium nostrum ha
bitatio est in te, sancta dei genitrix. Feria
iiij et sabbato dicitur post sextes Gaude.
Cantate domino canticum
novum cantate domino
omnis terra.
Cantate domino et bened' nomen
eius annunciate de diem saluta
re eius.
Annunciate inter gentes gloriam
eius in omnibus populis mira
bilia eius.
Quoniam magnus dominus et
laudabilis nimis terribilis est
super omnes deos.

Qui diligitis dominum odite
malum custodit dominus animas sanctorum
suorum de manu peccatoris libe
rabit eos.
Lux orta est iusto et rectis cor
de leticia.
Letamini iusti in domino et con
fitemini memorie sanctificationis
eius.
Gloria patri. Aña Dignare me lau
dare te uirgo sacrata da michi uirtutem contra
hostes tuos. Aña Post partum. Ps
Cantate domino canticum
nouum quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius et
brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus saluta

re suum in conspectu gencium re
uelauit iusticiam suam.
Recordatus est misericordie
sue et ueritatis sue domui israel.
Viderunt omnes termini terre
salutare dei nostri iubilate deo
omnis terra cantate et exultate
et psallite.
Psallite domino in cythara et
cythara et uoce psalmi in tubis
ductilibus et uoce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis
domini moueatur mare et ple
nitudo eius orbis terrarum et q
habitant in eo.
Flumina plaudent manu si
mul montes exultabunt a co

ſpectu domini quoniam venit iu-
dicare terram
Iudicabit orbem terrarum in
iusticia et populos in equitate.
Gloria patri. A. Post partum virgo
inviolata permansisti dei genitrix interce-
de pro nobis. V. Diffusa est gratia. Nota
quod a sabbato ante dominicam primam ante adventum fit
officium beate marie modo subscripto usque post oc-
tavas nativitatis. Excepto quod ista antiphona scilicet post partum non
dicitur nec pro ista est antiphona adventus sed loco eius dicitur
hec antiphona Angelus domini nunciavit marie. Et con-
cepit de spiritu sancto. Sabbato predicto Ad vespas
et super psalmos. Missus est. et ceteris de laudibus
quas require postea psalmus Dixit dominus et ceteris
convenietis. capitulum.
Egredietur virga de radice

ieſſe et flos de radice eius aſcendet
et requieſcet ſuper eum ſpiritus
domini. Deo gratias. Hympnus
Ave maris ſtella. ℣ Diffuſa ē
gratia. ℟. Spūs ſanctus inte deſcēdet
maria ne timeas habens in utero filium
dei alleluya. Ps. Magnificat Kyriel. Dñe ex.
Deus qui de beate marie vir
ginis utero verbum tuum
angelo nunciante carnem ſuſcipe
re ſuſcipere voluiſti preſta ſuppli
cibus tuis ut qui vere eam dei ge
nitricem credimus eius apud te
interceſſionibus adiuvemur. P
eundē xpm. De omnibȝ ſanctis an. Ecce
dominus veniet et omnes ſcī eius cū eo et
erit ī die illa lux magna all'a. ℣ Ecce

apparebit dominus super nubē candidam
Et cum eo sanctorum milia. Oremus.
Conscientias nostras que
sumus domine visitando
purifica ut veniens ihesus xp̄c
dominus noster cum omnib3 sc̄tis
paratam sibi in nobis inveniat
mansionem. Qui tecū. Benedi
camus domino. Deo gratias. Ad
matutinas Invitatoriū. Aue maria.
Ymnus Antiphane. Psalmi ut s. leo p.
Missus est angelus gabri
el a deo in civitatem gali
lee cui nomen nazareth ad virgi
nem desponsatam viro cui no
men erat ioseph de domo david
et nomen virginis maria Et in

gressus angelus ad eam dixit
Aue gratia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus Tu
autem. ℟ Missus est angelus ga
briel ad mariam uirginem desponsatam
uiro cui nomen erat ioseph nuncians
ei uerbum et expauescit uirgo de lumi
ne timeas maria inuenisti gratiam apud
dominum Ecce concipies et paries filium et
uocabitur altissimi filius ℣ Dabit ei
dominus sedem dauid patris eius et re
gnabit in domo iacob in eternum.
Ecce concip. Lectio sexta.
Que cum audisset turbata
est in sermone eius et cogitabat
qualis esset ista salutacio. Et ait
angelus ei. Ne timeas maria i

uenisti enim gratiam apud deū
Ecce concipies in utero et paries
filium et uocabis nomen eius
iesum. Hic erit magnus et fi
lius altissimi uocabitur. Et da
bit illi dominus deus sedem da
patris eius. et regnabit in domo
iacob in eternum: et regni eius
non erit finis Tu autem. ℞ Aue
maria gratia plena dn̄s tecum. Sp̄s
sanctus superueniet in te et uirtus
altissimi obumbrabit tibi quod enī ex
te nascetur sanctum uocabitur filius
dei ℣. Quo mō fiet istud qm̄ uirum n̄
cognosco et respondens angelus dixit
ei Sp̄us sanctus. Lectio tercia
Dixit autem maria ad ange

lum. Quomodo fiet istud quoniam
uirum non cognosco. Et respon
dens angelus dixit ei. Spiritus sanctus
superueniet in te et uirtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideoque et quod
nascetur ex te sanctum uocabitur
filius dei. Et ecce elizabeth cogna
ta tua et ipsa concepit filium in
senectute sua. Et hic mensis est
sextus illi que uocatur sterilis
quia non erit impossibile apud
deum omne uerbum. Dixit au
tem maria. Ecce ancilla domi
ni fiat michi secundum uerbum
tuum. Tu autem. ℟ Suscipe uerbum
uirgo maria quod tibi a domino per
angelum transmissum est concipies

et paries deum patrem et hominem. Ut bndcā
dicaris inter omnes mulieres. V. Paries
quidem filium et virginitatis non pacie-
ris detrimentum efficieris gravida et eris
ſemper mater intacta. Ut benedicta. Gloria
In laudibus antiphana

Missus est gabriel angelus
ad mariam virginem de-
ſponſatam ioſeph. Pſalmus
Dominus regnavit. An. Ave
maria gr̄a plena dominus tecum bndic-
ta i mulieribz. allā. Pſ. Iubilate ant.
Ne timeas maria invenisti gratiam apd'
deum ecce concipies et paries filium allā.
Pſ. Deus deus. An. Dabit ei dominus
deus ſedem david pris eius et regnabit
in eternum. Pſ. Bndic. An. Ecce ancilla

la domini fiat michi secundum ver
bum tuum. Ps Laudate. Capl'm.
Egredietur virga de radice
iesse et flos de radice eius
ascendet et requiescet super eũ
sp̃us domini. Deo gratias.
O gloriosa. R Benedicta tu
in mulieribus. Et bñd. An Sp̃us scõs
in te descendet maria ne timeas habebis in
utero filium dei. Ps Benedictus dominus
&c. Dñe exaudi. Et clamor. Oremus
Deus qui de beate marie &c.
Oro & añt de omnibus sanctis ut ad vesp. ad i.
Deus in adiutorium &c.
Memento salutis. Añ. Ecce
&c. Ps Deus in nomine tuo. Añ
Ecce virgo concipiet et pariet

filium et uocabitur nomen eius
emanuel butirum et mel come
det ut sciat reprobare malum
et eligere bonum. Deo gratias.
V Dignare me laudare. ut s. Ky
rieleyson et c. ut s. Oremus. Oro
Deus qui de beate marie. De
omnibus sanctis ant. Ecce dns Oro +
vsus ut s. Ad terciam. Hympnus
Memento salutis. R Aue m[ari]a
ps ut s. Capitulum. Egredietur uirga
V Diffusa est. + c. Kyriel, s. Oro.
Deus qui de beate marie, Oro
Conscientias + c. Ad meridiem
ant. Ne timeas ps. Ad te leuaui 2 ac cap.
Dabit ei dominus deus sede
dauid patris eius et regna

bit in domo iacob in eternum et
regni eius non erit finis Deo gratias.
℣ Benedicta tu et c. ut s. Ad nonam. Inuit.
ant. Ecce ancilla d. Psalmus
In conuertendo. Capitulum.
Ecce uirgo. ℣ Angelus domini
nunciauit marie Et concepit de spiritu sancto.
Kyrieleyson et c. Ad uesperas ant. Missus est
et reliquis psalmi consueti. Capitulum.
Egredietur uirga et c. ut in
aliis uespis Ad completorium.
Conuerte nos deus.
Deus in adiutorium.
Sepe expugnauerunt et reliquis
Memento salutis. Capitulum.
Ecce uirgo ℣ Angelus domini nun
ciauit marie. Et concepit ant. Spiritus sanctus.

in te descendit. ✝ c. Ps. Nunc dimittis Ky
rieleyson, ✝ c ut s. ad vs. Nota dn est q a
prima die post oct natiuitas dni usque ad purifi
cationem fit Officium beate marie uirginis
sicut fit an aduentum. Excepto q ad horas
dr oratio Deus qui salutis. Additi
orationibus de aplis sicut supra dictum est in officio
an aduentum. Item ad laudes et per horas
et ad vs dicuntur antiphane sequentes.

O admirabile commercium creator
generis humani animatum
corpus sumens de uirgine nasci
dignatus est et procedens homo
sine semine largitus est nobis su
am deitatem. Ant. Quando natus
est ineffabiliter de uirgine tunc implete
sunt scripture sicut pluuia in uellus desc

scendisti ut saluū faceres genus humanum
te laudamus deus noster. A. Rubū quem
viderat moyses incombustū conseruatum
agnouimus tuam laudabilem uirginita
tem dei genitrix intercede pro nobis A.
Germinauit radix iesse orta est stella ex
iacob uirgo peperit saluatorem te lauda
mus deus noster. An. Ecce maria genuit
nobis saluatorem quem iohēs uidens ex
clamauit dicens Ecce agnus dei ecce qui
tollit pcta mūdi alla. Ad bndictus a.
Mirabile misteriū declaratur hodie in
nouantur nature deus homo factus est id
quod fuit pmansit et q non erat assump
sit non commixtionem passus neqꝫ diuisio
nem. Ad magnificat et ad nc dimitt a.
h a. Magnum hereditatis misterium

templum dei factus est/ uterus nesciente
uirum non est pollutus/ ex ea carnem
assumens omnes gentes uenient/ dicentes
gloria tibi domine. Item nota quod a festo pu
rificationis beate marie usque ad quartam fe
riam maioris ebdomade fit officium de
domina sicut ab octavis penthecostes usque ad aduentum.
Et ab octavis pasche similiter usque ad penthecosten
excepto quod ad Benedictus et ad magni
ficat et ad nunc dimittis dicitur ista antiphona que sequitur.
Regina celi letare alleluya Quia quem
meruisti portare alleluya. Resurrexit sicut
dixit alleluya. Ora pro nobis deum alleluya.



Rurno.



Domine ne in furore tuo arguas me neqȝ in ira tua corripias me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde sed tu domine usquequo.

Convertere domine et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus

meus inueteraui inter omnes
inimicos meos.
Discedite a me omnes qui op
eramini iniquitatem quoniam
exaudiuit dominus uocem fletus
mei.
Exaudiuit dominus depreca
tionem meam dominus oratio
nem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur
uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ual
de uelociter.
Gloria patri. Psalmus.
Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputa
uit dominus peccatum nec est
in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt
ossa mea dum clamarem tota
die.
Quoniam die ac nocte graua
ta est super me manus tua: con
uersus sum in erumpna mea dum
configitur spina.
Delictum meum cognitum ti
bi feci et iniusticiam meam non
abscondi.
Dixi confitebor aduersum me
in iusticiam meam domino et
tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis

sanctus in tempore oportuno.
Verumptamen in diluuio aqr̃
multarum ad eum non approxi
mabunt.
Tu es refugium meum a tri
bulatione que circumdedit me
exultatio mea erue me a circũ
dantibus me.
Intellectum tibi dabo et instru
am te in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mu
lus quibus non est intellectus
In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non appro
ximant ad te.
Multa flagella peccatoris et

rantem autem in domino mia
circumdabit.
Letamini in domino et exul
tate iusti et gloriamini omnes
recti corde.
Gloria patri et filio et spiri.
Domine ne in furore tuo ar
guas me neque in ira tua
corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt
michi et confirmasti super me ma
num tuam.
Non est sanitas in carne mea
a facie ire tue non est pax ossibus
meis a facie peccatorum meorum
Quoniam iniquitates mee sup
gresse sunt caput meum et sicut

onus grave gravate sunt sr̄ me.
Putruerunt et corrupte sunt ci
catrices mee a facie insipiencie mee.
Miser factus sum et curvatus sū
usq; in finem tota die contristatus
ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
sunt illusionibus et non est sani
tas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis rugiebam a gemitu
cordis mei.
Domine ante te omne desideriū
meum et gemitus meus a te
non est absconditus.
Cor meum conturbatum est
in me dereliquid me virtus mea

et lumen oculorum meorum et
ipſum non eſt mecum.
Amici mei et proximi mei ad
uerſum me appropinquauerunt et
ſteterunt.
Et qui iuxta me erant de longe
ſteterunt et uim faciebant qui
querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mi
locuti ſunt uanitates et dolos to
ta die meditabantur.
Ego autem tanquam ſurdus
non audiebam et ſicut mutus
non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non
audiens et non habens in ore ſuo
redargutiones.

Quoniam in te domine speravi
tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando super gau
deant michi inimici mei et dum
commoventur pedes mei super me
magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella pa
ratus sum et dolor meus in con
spectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam
annunciabo et cogitabo pro pecca
to meo.
Inimici autem mei vivunt et
confirmati sunt super me et mul
tiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant michi quoniam se

quebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deꝰ
meus ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meū
domine deus salutis mee.
Miserere mei deus secundū
magnam misericordiā
tuam.
Et secundum multitudinem
miserationum tuarum dele ini-
quitatem meam.
Amplius lava me domine
ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me.
Quoniam iniquitatem meā
ego cognosco et peccatum meū
contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum co-
ram te feci ut iustificeris in ser-
monibus tuis et uincas cum
iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum et in peccatis conce-
pit me mater mea.
Ecce enim ueritatem dilexisti
incerta et occulta sapiencie tue
manifestasti michi.
Asperges me domine ysopo et
mundabor lauabis me et super
niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium
et leticiam et exultabunt ossa
humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis

meis et omnes iniquitates meas
dele.
Cor mundum crea in me deus
spiritum rectum innova in visce
ribus meis.
Ne proicias me a facie tua et
spiritum sanctum tuum ne auferas
a me.
Redde michi leticiam salutaris
tui et spiritu principali confir
ma me.
Docebo iniquos vias tuas et
impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee et exulta
bit lingua mea iusticiam tuam
Domine labia mea aperies

et os meum annunciabit laudem
tuam.
Quoniam si voluisses sacri
ficium dedissem utique holocaustis
non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contri
bulatus cor contritum et hu
miliatum deus non despicies
Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon ut edificen
tur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium
iusticie oblationes et holocausta
tunc imponent super altare tu
um vitulos.
Domine exaudi orationem
meam et clamor meus ad te ve

niat.

Non auertas faciem tuam a
me in quacumque die tribulor in
clina ad me aurem tuam.

In quacumque die inuocaue
ro te velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus
dies mei et ossa mea sicut cre
mium aruerunt.

Percussus sum ut fenum et
aruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhesit
os meum carni mee.

Similis factus sum pellicano
solitudinis factus sum sicut
nicticorax in domicilio.

Vigilaui et factus sum sicut
passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mi
chi inimici mei et qui lauda
bant me aduersum me iura
bant.
Quia cinerem tanquam pa
nem manducabam et potum
meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue
quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra decli
nauerunt et ego sicut fenum
arui.
Tu autem domine in eternum
permanes et memoriale tuum
in generatione et generationem.

Tu exurgens domine misere-
beris syon quia tempus misere-
di eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius et terre eius
miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen
tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus
syon et videbitur in gloria sua
Respexit in orationem humili-
um et non sprevit precem eorum
Scribantur hec in genera-
tione altera et populus qui
creabitur laudabit dominum
Quia prospexit de excelso sco

ſuo dominus de celo in terram aſ
pexit.

Ut audiret gemitus compe
ditorum ut ſolveret filios in te
remptorum.

Ut annuncient in ſyon no
men domini et laudem eius in
ierusalem.

In conveniendo populos in
unum et reges ut serviant dn̄o.

Reſpondit ei in via virtutis
ſue paucitatem dierum meorū
nuncia michi.

Ne revoces me in dimidio die
rum meorum in generatione et
generationem anni tui.

Initio tu domine terram funda

sti et opera manuum tuarum
sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem per
manes et omnes sicut uestime
tum ueterascent.
Et sicut opertorium mutabis
eos et mutabuntur tu autem
idem ipse es et anni tui non
deficient.
Filij s̄uorum tuorum habi
tabunt et semen eorum in secu
lum dirigetur.
Gloria patri et filio. Ps.
De profundis clamaui
ad te domine domine ex
audi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes

in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observaveris do
mine domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est
et propter legem tuam sustinuit
te domine.
Sustinuit anima mea in verbo
eius speravit anima mea i dño
A custodia matutina usqꝫ ad
noctem speret israel in domino.
Quia apud dominum misericor
dia et copiosa apud eũ redemptio.
Et ipse redimet israel ex om̃i
bꝫ iniquitatibus eius.
Gloria patri. Psalmus.
Domine exaudi orõnem
meam auribus percipe ob

secrationem meam in veritate
tua exaudi me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cum
servo tuo domine quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo omnis
vivens.
Quia persecutus est inimicus
animam meam humiliavit in
terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris sicut
mortuos seculi et anxiatus est
super me spiritus meus in me tur
batum est cor meum.
Memor fui dierum antiquo
rum meditatus sum in omnibus
operibus tuis et in factis manu
um tuarum meditabar.

Expandi manus meas adte
anima mea sicut terra sine aqua
tibi.
Velociter exaudi me domine
defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuam
a me et similis ero descendentibus
in lacum.
Auditam fac michi mane
misericordiam tuam quia in te
speravi.
Notam fac michi viam in qua
ambulem quia ad te levavi
animam meam.
Eripe me de inimicis meis do
mine ad te confugi doce me fa
cere voluntatem tuam quia

deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me
in terram rectam propter nomē
tuum domine viuificabis me in
equitate tua.
Educes de tribulatione animā
meam et in mīa tua disperdes omēs
inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulāt
animam meam quoniam ego
ſeruus tuus ſum. Ant. Ne remi
niſcaris domine delicta nostra vel
parentum nostrorum neq̄ vindic
tam ſumas de peccatis nostris par
ce domine parce populo tuo quem
redemisti precioso ſanguine tuo
